coadiutor cuius ætatis eſſe debeat.in iii.vol.de cle.ægro. c. conſultationibus.ver.ſed circa hoc.ibi.nu.5.
coadiutor an fœmina maſculo,vel maſculus fœminæ,uel fœmina fœminæ dari poſſit.ver.ni.quæritur.ibi.nu.5.
coadiutor cur fœminæ,puta abbatiſſæ,vel prioriſſæ dari poſſit,& quam obrem ſi principale cadat in fœmina,annexum etiam ſ. coadiutoris officium dari non poſſit.nu.5.verſi.de primo.ver.ſeq.
coadiutor an religioſus dari poſſit.ibid.nu.5.
coadiutor an & quibus caſibus detur.verſi.quarto quæritur.ibidem.numero 6.
coadiutor per quem detur.ibi.nu.7.
coadiutoris officium quod ſit.ibi.nu.8.
coadiutoris poteſtas quæ ſit.ibid.nu.9.
coadiutor an beneficia conferre poterit.uer.ſed nunquid. ibidem. numero 9.
coadiutor ſi epiſcopus datus fuerit an põtificalia exercere poterit. ibi. nu. 9.uer.ſed nunquid.
coadiutoris officium an illo mortuo expiret,cui datus. ibidem. numero 10.
coadiutor an inuito detur.ibid.nu.11.
coadiutores an alimenta congrua,& moderata habere debeant de bonis dignitatis eccleſiæ,vel officii,cuius prælato, vel miniſtro ſit datus.ibi.nu.12.
coadiutores an plures vni,vel unus pluribus dari poſſint, in iii. vol.de cle.ægro.c.conſultationibus.ibi.nu.13.
¶Cognatio ſpiritualis quomodo diuidatur. in iiii.vol. de cog. ſpiri. in rub. 76
cognationis legalis duæ ſpecies exiſtunt.in iiii.uol.de cogna.lega. in rubr.nu.1. 39
¶Coitum ſufficit percipere ſenſu auditus,non autem uiſus, ſi tempus nocturnum fuerit,& aſſeres,ſeu cortina impediant, &c. in ii. vol.de teſti.c.præterea.ver.in gl.ult.nu.9. 139
¶Collatio per executorem facta ſi non valuit, vt quia beneficium alii debitum collatum erat,vel alia de cauſa,nunquid ſine nouo mandato iterum conferre poterit.in primo vol.de reſcrip.c. capitulum.numero 44. 43
¶Collectio quid ſit & quid ſimilitudo,in j.vol.de ſum.tri.c.damnamus. nu.13 10
collectores qui eccleſias grauant,illo officio priuabuntur.in iii.vol. de cenſi.c.ea quæ.nu.1. 206
¶Collega qui paris eſt poteſtatis.in primo vol.de reſcri.c. capitulum. nu.12. 42
¶Collegii ſigna in præiudicium prælati ſubditi ſingulares erigere non poſſunt.in v.uol.de exceſſi.præla.c.dilecta.nu.1. 95
collegium cauſa religionis,vel pietatis factum quomodo licitum eſſe dicatur,& alia multa de collegiis.in v.vo.de exceſſi.præla. c.dilecta. ver.aliud autem.cum plu.ſeq.nu.6. 95
¶Colonus,qui precariam poſſeſsionem tantum habet,interdictum vnde vi intentat.in primo vol.de poſſu.prælato.c. bonæ memoriæ. numero 18. 78
colonus ſi promiſit villam incorruptam reddere,ſaluo q de vi,& vetuſtate non teneretur,ſi ſeruus coloni illam incendat, non fortuito colonus tenetur,cum vo ipſius coloni vel ſui domeſtici excepta non intelligatur.in ii.vo.de iur.iur.c.petitio.nu.6. 199
colonus fundi partiarius nunquid partem arborum uel ipſorum fructuum habere debeat.in iii.volu.de deci.c.tua nobis. ver. fructuum. nu.5. 144
¶Columbæ ſeptem proprietas attribuuntur ex quibus ſeptem eliciuntur dona & quæ vnaquæque earum ſitan j.uol.de ſacra vnctio. c. cũ veniſſent. nu.37. 178
¶Comam nutrire mulieris eſt in ſui velamen, & in ſubiectionis ſigni. in iii.uol.de vi.& ho.clerico.nu.2. 6
¶Commodatarius quo caſu caſum fortuitum præſtet,an etiam dare ſit. in iii.vo.de commoda.c.cum gratiam.nu.17. 76
commodatarium an quiſpiam de fortuitis caſibus teneatur.ibidem numero 18.
commodatarius moroſus an de interitu teneatur, & an ſufficiat generalis renunciatio caſuum,vel ſpecialis expreſsio requiratur.ibid. numero 20.
¶Compaternitas contracta per bapti ſmum,vel confirmationẽ in fronte habet ſequens matrimonium dirimere.in ii.vol.de ſen.& re iudi. c.conſanguinei.nu.1. 230
¶Compenſatio non fit ſpeciei,uel corporis ad quantitatem.in ii.uo. de iur.iur.c.ad noſtram.nu.8. 185
compenſatio eſt debiti & crediti,hinc inde facta contributio.in iii. vo. de depo.c.bona fides.nu.10. 79
¶Compilatio gloſarum genitricis,& genitæ nomen quærens nouella nuncupatur,in proœ.j.vo.nu.1.ver.nouella.
compilationum antiquarum notatores qui fuerint.ibi.nu.5.
compilationem poſt decret.multa alia a curia emanauerunt. ibidem nu.16.
¶Compoſitionem ſuper iure primatiæ uniuerſalis,cuius intereſt,poterit impedire.in primo uolumine.de maio. & obe. c. humilis.numero 1. 270
¶Compromiſſarii ad eligendum ſi in totum ab illo tractatu recedant, vel elegerint Titium,qui non conſentiat,uel conſentiat & renunciet & compromiſſum erat tale,quod compromiſſarii habebãt Titium eligere,an quo ad renocationem res integra dicetur. in primo vol. de electio.c.in cauſis.nu.38.ver ſed quid. 103
compromiſſariorum ad eligendum ſi unus excommunicatus fuerit,an communis eiorum electio ualeat.ibi.nu.41.
compromiſſariis ex ſeptem ſi tres quartum eligant,& ille conſentiat, ſit idoneus,ipſa electio confirmatur,in primo uo.de electio.c.cum in iure.nu.1. 106
compromiſſarius quartus a tribus electus ſi cum quinto & ſexto ſeptimum elegiſſet,& ille conſentiat,an etiam ipſe reſilire poterit,& ne electioni conſentire.ibi.nu.11.
compromiſſarius,qui noluit eligere ſecundum deum, ſed ſecundum conſcientiam qui fuerit.in ii.uol.de appellatio. c. conſtitutis.numero 4. 206
compromiſſarii quibus in caſibus duo eſſe poſſint, & an in ipſis ſcrutinium fieri poſſit,vbi etiam,quid ſi niſi duo digni de collegio inueniantur.ibi.nu.5.
compromittentes electum a compromiſſario recipere tenentur, dummodo idoneus exiſtat.in primo uolumi.de electio. cap.cauſam. numero 1. 79
compromittentes in electum a compromiſſariis, ſi dignus ſit, refutari non poteſt,niſi contra compromiſſi formam eum electum appareat.in primo uol.de electio.c.cum dilecti.nu.1. 105
¶Compromiſſum finitum eſt alterius compromittentium morte. in j. uo.de arb.c.ex parte.nu.2. 313
compromiſſum factum in Seium non ualet,vt pronunciet, quod Titio placuerit,ſed bene valet,q Titii arbitratu pronunciet. in primo vo.de arb.c.cum a nobis.ver.ſic nec ualet.nu.8. 314
compromiſſum ſi in aliquem factum fuerit., q poſſit procedere iudiciario ordine ſeruato,uel etiam non ſeruato, quid iuris, vbi etiam quid ſi proceſſit partim iuris ordine ſeruato,& partim non.in ii.volu.de iur.iuran.c.Quintavallis.nu.8. 181
¶Communicare ſcienter excommunicato in caſibus non permiſſis, an ſit mortale peccatum.in primo uo.de his quæ ui.me. ve cau. ſi.c.ſacris.nu.10. 19
communicare an ſit cogendus ſuſpectus,q in anno non communicet. in v.uol.de pœni.& remiſſio. c. omnis.nu.10. 34
¶Concilium prouinciale archiepiſcopus ſine primate facit,& primas quandoque ſine archiepiſcopo.in iii.uolu. de præben. c. graue. uer. concilium.nu.5. 87
concilium Lateranenſe de beneficiis ultra ſex menſes vacantibus ad epiſcopatus non extenditur.in iii.uolu. de conceſſio. præ.c. dilectus. nu.1. 58
concilia ad prouincialia uocari debent cathedralium eccleſiarum capitula.in iii.uo.de his quæ fiunt a præla.capitu.& ſi membra.numero 1. 66
¶Conditionalis culpam attenuat,ſed non liberat a pœna. in j.uolu. de his quæ ui.me.ve cauſ.ſi.c.ſacris.nu.7. 192
¶Conductores uectigalium fiſci etiam uolentes non admittuntur ad munera municipalia ſubeunda.in ii.uol.de ſo.compe.c. ſi diligenti. uer.& ideo conductores. nu.5. 82

¶Confeſsio

¶Confeſsio in criminibus non nocet, niſi quis perſeueret. in j. vol. de re ſcri. c. olim. nu. 8. 37

Confeſsio procuratoris eligentium electo non nocet. in j. vol. de elect. c. dudum eccleſia. nu. 11. 127

Confeſsione confiteri bona conſcientia quæ indubitãter noui, vel quę firmiter credo, ita bene poſſum, ſicut ea quę vidi, vt Chriſtum cruci fixum, vel Conſtantinum Imperatorem &c. in 2. vol. de iura. cal. ca. cum in cauſa. nu. 3. 50

Confeſsione facta omiſſa exceptione dilatoria non valet. in 3. volu. de dila. c. expoſoit. nu. 13. 53

Confeſsione confitenti proprium crimen non creditur contra eos, quos dicit fuiſſe ipſius criminis ſuggeſtores. in 2. vol. de confeſſ. c. cũ monaſterium. nu. 1. 108

Confeſsio per errorem facta non nocet, ſi ante finitum negocium de errore doceatur. in 2. vol. de confeſ. c. ex parte. nu. 1. 109

Confeſsiones, quæ fiunt ante litem conteſta. quomodo locum habeant. ibi. nu. 3. 109

Confeſsio furioſi non nocet, cum nullum negocium contrahere poſſit. ibi. nu. 8. ver. maior, & Compoſ.

¶Confirmatio an impediatur, ſi ante electionis tẽpus eccleſias dimiſiſſet. in j. vol. de ele. c. dudum eccleſia. nu. 12. 127

Confirmationem non facit priuilegiorum innouatio. in 2. vol. de confirma. vti. c. cum dilecta. nu. 1. 294

Confirmatio non valet, quam religioſus a Papa impetrauit ſuper adminiſtratione, vel prioratu, ſi in ea ſe regularem tacuit, ſi vero hoc expreſſerit, reſcriptum falſum cenſetur, quoniam hoc Papa facere nõ conſueuit. in 2. vol. de confir. vti. c. ad noſtram. nu. 1. 295

Confirmationibus, ex certa ſcientia, verbum ſicut, cauſatiue ponitur, nec nocet, quod confirmationis verbum confirmati tenorem præcedat, in 2. vol. de confirm. vti. c. venerabilis. nu. 1. 296

Confirmatione in forma cõmuni diœceſani ius non læditur, vel collatio eccleſię facta alteri eccleſię per legatum in forma cõmuni per Papam confirmata ius diœceſani non lędit. in 2. vol. de confir. vti. c. tua nobis. nu. 2. 296

Confirmatio facta de excommunicato an, & quomodo teneat. in iii. vol. de con. preb. c. poſt electionem. nu. 5. 54

Confirmatus in epiſcopum non eſt epiſcopus, niſi conſecratus fuerit, confirmatus vero in Archidiaconum, verus archidiaconus eſt, in 3. vol. de pręb. c. de multa. nu. 18. 36

Confirmatus in epiſcopum, qui diſpenſationẽ habet, quod vſque ad quinquennium non teneatur conſecrari, an interim ipſius beneficia vacẽt, vbi etiam, quid ſi infirmitate impediatur, vel alias ſine ſua culpa. ibi. nu. 18. ver. de confirmato.

Confirmato non imputatur, cum eo prohibente pro ipſius confirmatione pecunia data fuerit. in v. volumine. de ſimo. capit. ſi tuis. numero 1. 32

Confirmatus ſi quis fuerit, & habuerit prælaturam in pace, ſed forſan eam per deſidiam amiſit, quid iuris, & quid ſi alius, qui medio tempore poſſidet, per eum, ad quem ſpectat, reſtitutus fuerit. in j. vol. de arb. c. ex parte. nu. 8. 11. 303

¶Confirmator nunquid magis excedat, quam eligens, cum ante confirmationem adminiſtrare non poſsit. in j. vol. de elect. c. nihil. numero 25. 120

¶Coniugatus ad ordines, adminiſtrationes, vel beneficium non promouetur, niſi caſtitatem promittat. in 3. uol. de cle. coniuga. cap. ſane, ver. ſane. nu. 1. 7

¶Coniuges ſe abiurare non poſſunt. in 2. volumi. de iur. iur. c. tua nos. 2. nu. 1. 193

Coniuges religionem profitendo ab inuicem diuertere poſſunt, ſed alter ſe abiurare non poſſunt. in 3. volu. de regula. capitul. veniens. numero 1. 155

Coniunx, quæ continentiam iurauit, coniugi debitum reddere tenetur licet ad tempus voto conſenſerit. in iii. vol. de conuerſio. coniu. c. rariſsimus. nu. 1. 162

Coniugum altero ſi altero ignorante religionem profiteatur, & propter hoc de monaſterio eiicitur, illo mortuo ad monaſterium redire non cogitur. in 3. volu. de conuerſio. coniuga. capitulo placet. numero 1. 162

Coniugem ſi maritus non repetat, quę religionem profiteatur, quid iuris. ibi. nu. 2. 163

Coniugum alter ſi continentia viuat, nunquid cogetur intrare religionem, ſi vxor de fornicatione excipiat. ibi. nu. 2. ver. quid ſi.

Coniugum aliquis, ſi ignorante vel inuita vxore ſe fecerit ad ſacros ordines promoueri, nunquid poſt vxoris mortem continere cogatur. ibi. nu. 4.

Coniuges ſi ſe adinuicem abſoluerint, continentiam promittendo & religionem intrando, alter alterum repetere poterit. in 3. vol. de conuer. con. c. dudum. nu. 1. 165

Coniuges ſi ante matrimonium contractum vouerint, poſtea conſummato matrimonio alter monaſterium ingredi velit, nunquid ſine alterius licentia hoc facere poterit. ibi. nu. 7.

Coniugum duorum ſi vnus ad fidem conuerſus fuerit altero in infidelitate remanente, liberi infantes conuerſo adiudicentur, doli vero capaces ſuo iudicio relinquantur. in iii. uol. de conuer. infideli. c. ex literis. nu. 7. uer. ſi quis duorum. 167

¶Coniugium ſpirituale per mutuum conſenſum ante confirmationẽ contrahitur. in 2. vol. vt lit. non conteſta. c. quoniam. nu. 13. ver. confirmata. 42

Coniugium probatur per nominationem, cohabitationem, & famã, maxime ſi dotalia inſtrumenta appareant. in 2. volu. de pręſump. c. illud. nu. 1. 179

¶Connexum in vno quod ſtatuitur, ad alterum connexum extenditur. in j vol. de conſti. c. tranſlato. nu. 1. 12

¶Conſpiratio proprie eſt confęderatio facta in pręiudicium perſonę alicuius, vel dignitatis ipſius. in 2. vol. de iur. iur. capitulo petitio. numero 4. 199

¶Conſtitutiones quomodo ligent, & valeant. in 1. vol. de conſti. in rub. nu. 9. cum plu. ſeq. 11

Conſtitutiones ab omnibus ſunt ſeruandæ. in 1. vol. de conſti. c. canonũ nu. 1. 11

Conſtitutio futura reſpicit, non autem pręterita. de cõſti. c. cognoſcentes. nu. 1. 12

Conſtitutio certum quid prohibens, omnia, quę ex illo ſequũtur, prohibet. in primo volumine, de conſti. capitulo oam concupiſcentiam. nu. 1. 13

Conſtitutiones decretorum ſingulariũ opinionibus ſunt præferendę, in 1. vol. de conſti. ne innitaris. nu. 1. 13

Conſtitutio capituli, quæ non eſt omnibus communis, & per quam tollitur antiqua conſuetudo, non valet. in primo vol. de conſti. c. cum omnes. nu. 1. 13

Conſtitutio, quæ fit maiori parte. c. valet in his, quę non ex neceſsitate fiunt, vbi tamen vertatur vtilitas eccleſię. ibi. nu. 28. 14

Conſtitutionem ad vtilitatem cõmunem maior pars facere poteſt, niſi ſit conſuetudo contraria, quæ priuatam teneatur. nume. 28. ver. item dixit.

Conſtitutio laici ſuper rebus eccleſiaſticis facta non tenet. in primo volu. de conſti. c. quę in eccleſiarum. nu. 14. 14

Conſtitutionem, ſeu ſtatutum facientes in eccleſiarum pręiudicium, ſunt excommunicati, niſi infra duos menſes deleri fecerint. ibid. numero 9.

Conſtitutio futura non aũt præterita reſpicit, niſi de præteritis caueatur. in j. vol. de conſti. c. quam. nu. 1. 10

Conſtitutio epiſcopi ſi prohibeat, alienationem fieri ſine ſui licentia, an ſi in eũ fiat, conſenſiſſe videatur, & licentiam dediſſe. in 2. vol. de preſum. c. nonne. nu. 1. 178

Conſtitutio nunquid in foro animæ ſeruanda ſit, ſi imperator, vel alius princeps ſine cauſa contra ius naturale conſtitutionẽ faciat, puta, quod rerum dominia ſine cauſa de vno in alium transferantur. in 3. vol. de immu. eccleſiæ. c. quia plerique. nu. 4. ver. quid ſi imperator. 239

Conſtitutio concilii Turonenſis puniens religioſos audientes leges, vel phyſicam eſt canon latæ ſententiæ, & in illam incidentes debent per locorum ordinarios publicari, & extenditur ad habentes dignitates, vel perſonatus & etiam ad presbyteros. in 3. vol. ne cle. vel mona. c. ſuper ſpecula. nu. 1. 143

Conſtitutio legati ſe ſoluenda tertia mortuarium epiſcopo, de his mortuariis intelligi debet, de quibus de iure debeat. in v. vol. de verb. ſig. c. ex parte. nu. 1. 154

¶Conſuetudo ſi ſit, quod liceat mihi de fundo tuo lapidicinas tollere, tibi de certo precio ſatisfaciendo, & ibi ſint lapides neceſſarii, illos te inuito tollere non poſſum, alias ſic. in 1. uolu. de conſti. c. cum omnes. nu. 29. 14

Conſuetudinum obſtantia quandoq; per reſcriptum tollunt. in 1. volu. de conſu. in rub. nu. 3. 54

Conſuetudini loci an extraneus aſtringatur, vbi contraxerit, vel obligetur. ibi. nu. 8.

Conſuetudo valet, ſecundum quã ſine ſolemnitate legali rerum omnia & ipſarum poſſeſsio ad eccleſiam transferuntur. in j. vol. de conſue. c. ex literis. nu. 1. 55

Conſuetudo non valet, vt in cauſis eccleſiaſticis dictum populi pro ſententia teneatur. in primo volu. de conſue. c. ad noſtram. nu. 1. 56

Conſuetudo valet, quod domini prædiorum non conductores annorum onera ſubeant. ibi. nu. 7. in gl. 3. 56

Conſuetudinis prætextu presbyteri in fronte criſmare non poſſunt. in j. vol. de con. c. quanto. nu. 2. 56

Conſuetudo non valet, per quam interdicti ſententia violatur. in 1. vol. de conſue. c. cum inter. nu. 1. 56

Conſuetudo vicinarum ſimiliũ dignitatum attenditur in attribuẽndis officiis nouę dignitatis, quę ſi diuerſa fuerit, rationabilior ſeruabitur, & alteri non præiudicans, in primo volu. de conſu. cap. cum olim. nu. 1. 57

Conſuetudo non valet, per quam prælatus ſine ſuperioris ſui licentia prælaturam ſuam dimittere poteſt. in primo vol. de con. c. cum venerabilis.

nerabilis.nu.1. 57
Conſuetudine induci poteſt, quod vna eccleſia de alterius collegio p̄latum eligere teneatur.in j. vol.de conſue.c.cum dilectus.nu.1. 57
Conſuetudo interpretatur, corrigit, immutat, abrogat, & præſumptio nem inducit.ibi.nu.7. 57
Conſuetudinis quatuor ſpecies eſſe dicuntur.ſ.generaliſsima, generalis ſpecialiſsima & ſpecialis.ibi.nu. 7.
Conſuetudo ſi non ſit ſpecialiter contra aliquam eccleſiam, ſed generaliter contra eccleſias, & alios, an ſufficiat contra omnes.x.annorū præſcriptio, & alia multa de conſuetudinis materia.ibi.nu. 13. verſi. d.xit hic Inn. 58
Conſuetudo laicorum ſecundum Hoſt. clericos non aſtringit. ibi.nu.1. ver.alii contra.
Conſuetudines, vel conſtitutiones eccleſię capitulum ſine epiſcopo mutare non poteſt.in j.vol.de conſue.c.cum conſuetudinis. nu.1. 58
Conſuetudo non valet, per quam quis ad peccandum inducitur, vel per a bona diſsipandum.in primo vol.ca.ex parte. nu.1. 58
Conſuetudo iuri diuino non derogat, cuius tranſgreſsio peccatum inducit, nec poſitiuo, niſi rationabilis, & præſcripta fuerit. in primo volu.de conſue.c.cum tanto.nu. 1. 59
Conſuetudo longeua an iuri naturali deroget. item etiam an deroget ipſi iuri poſitiuo.ibi.nu.2.
Conſuetudinis multa exempla, an.ſ.in multis caſibus valeat.ibid.nu. 3.
Conſuetudo an valeat, quod debitorem ſuum, vel eius fideiuſſorem quis auctoritate propria licite pignorare poſsit.ibi.nu 4.
Conſuetudo longeua dicitur licet præſcripta non ſit. ibi. nu. 15.
Conſuetudo an nulla præſertur, & ex nulla cauſa proceſsiſſe. ibi.nu 26.
Conſuetudo contra eccleſię libertatem non valet. ibid.nu.28. ver. uē non valet.
Conſuetudinem ſi poſt præſcriptam ſemel, vel bis in contrarium faciam, an interrupta ſit.ibi.nu.30.
Conſuetudo reſultat ex vſibus & moribus populi, qui poſſunt eſſe in iudicio, & extra, & quod etiam ſine iudiciario actu conſuetudo inducatur.ibi.nu. 35.
Conſuetudo generalis legem ſcriptam vincit.ver.quod generalis conſuetudo.nu. 42.uer quod generalis. 61
conſuetudo an iure poſitiuo præiudicet.in j.volu. de conſue.c.cum tanto.ver.quod conſuetudo. 61
conſuetudo valet, ſi lex rigorem contineat, & conſuetudo contraria æquitatem.ibi.nu.12.ver.alii dicunt.
conſuetudo rationabilis legem tollit.ibi.nu.43.ver.ſic opponitur.
conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum.ibi.nu.12. 61
conſuetudinis & legis cauſa eſt quadruplex.ſ.formalis, materialis, efficiens, & finalis.ibid.nu.13.ver. de primo ſciendum eſt.
conſuetudo a lege & canone in quo differant.ibi nu.14. 63
conſuetudo & ius ſcriptum in quo conueniant in quo differant.in 1.volu.de con.c.cum tanto.nu. 13. 61
conſuetudo in quo a ſtatuto differat, & in quo conueniat. ibi.nu.15.63
conſuetudinis prætextu non poteſt exigi prandium a canonico de nouo recepto.in v.vol.de ſymo.c.Iacobus.nu.1. ver. Iacobus. 35
conſuetudo non excuſat, vbi clerici a clericis aliquid exigunt, quod ad ventris repletionem, vel petentium vtilitatem ſpectat.ibi.nu.4. 6
conſuetudo quod differat ab vſu, ſtilo, vel præſcriptione. in 1. volu. de conſue.c.cum tanto.ver.de quarto nu. 16. 63
conſuetudinis diuiſio multiplex.ibi.nu.19.
conſuetudo quomodo reducatur.ibi.nu 20.
conſuetudo an per erroneum conſenſum inducatur.ibi.nu.27 64
conſuetudo an per conſenſum coactum inducatur.ibi.nu.28.
conſuetudo an per non vſum inducatur.in 1.vol.de conſue.c.cum tanto.ver.quarto quæro.nu.29. 65
conſuetudinē ad inducendā an actus iudiciarius requiratur. ibi.nu.30
conſuetudinem an iudex inducere poſsit contra legem plures iudicando.in 1.vol de conſue.c.cum tanto. ver.ſexto quæritur. nu. 31. 65
conſuetudo an ſine conditione induci poſsit.ibi.nu. 33.
conſuetudo an quo ad hoc inducatur, vt tali actu utentes, un in poſterū deinceps teneantur.in 1.volu.de conſue.c.cum tanto.ver. ſed quæratur.ibi.nu.33.
conſuetudine ſi quandoque pronunciatum ſit, quandoque autem econtra, an ex ſententiis latis pro conſuetudine conſuetudo inducatur.in 1.uol.de conſue.c.cum tanto.nu.35.uer. octauo quæro. 85
conſuetudo an ex arbitratorum ſententiis inducatur.in 1.uol.de conſue.c.cum tanto.ver.nono quæro.nu.35. 65
conſuetudo an inducatur per ſententias latas inter non ſubditos.in j.volu.de conſue.c.cum tanto.ver.decimo quæro. nu. 36. 65
conſuetudine quare temporis diuturnitas requiratur, cum non requiratur in lege.in 1.volu. de conſue.c.cum tanto, ver. & hic quæro de quatuor.nu. 37. 65
conſuetudinis diuturnitas quanti temporis requiratur, in 1.uol.de conſue.c.cum tanto.ver.ſecundo quæritur.nu.38. 65
conſuetudinis tempus.x.uel xx annorum quando currere incipiat, in j.uol.de conſue.c.cum tanto.nu.39. 65
conſuetudine diuturna.x.annorum an induci poſsit, ut nulla conſuetudo in loco inducatur, niſi diuturnitate.xl.annorum.in 1.uol. de conſue.c.cum tanto.nu.40.uer.quarto quæritur. 65
Conſuetudo qualiter in iudicio proponatur.in 1.uol.de conſue.c. cum tanto.uer.circa quartum.nu.41. 75
conſuetudinem an agens in libello de neceſsitate allegare habeat. in 1.uol.de conſue.c.cum tanto.ver.ſed quæro.nu. 47. 66
conſuetudo qualiter probetur.in 1.vol.de conſue.c.cum tanto. uerſic. circa quintum.nu.46. 65
conſuetudo per duos teſtes probatur ſufficienter, & quomodo ipſi teſtes producantur, & quid etiam deponere habeant.in 1. vol. de conſue.c.cum tanto.ver.examinemus.nu.29. 65
conſuetudinem ad probandam quomodo teſtes producantur. in 1.uolu.de conſue.c.cum tanto.uer.ſed examinemus. nu. 49. 65
conſuetudine ſuper ſi teſtes dixerunt ſiue per productionem, ſiue per informationem de conſue.deponentes quid iuris.in 1.uol. de conſue.c.cum tanto.uer.ſed quæro.nu. 56. 66
conſuetudo an probata ſit, ſi ipſe iudex de tempore quæret, & teſtes dicent, quod iam.x.annis elapſis viderunt.in 1.vol.de conſue.c.cum tanto.uer.quæret ultra.ibi.nu.5.
conſuetudo an impedita ſit, ſi conſtat, quod maior populi pars conſenſerit, maiorem natu hereditatem deferre, ſed in attellationibus reperitur aliquis contrarium feciſſe, & ex hoc hereditatem diuiſiſſe.in 1.uol.de conſue.c.cum tanto.uer.ſed quæro.nu. 51. 66
Conſuetudo in iudicio propoſita, & per iudicis ſententiā probata qualiter terminetur.ibid.nu.53.uer.circa ſextum.
Conſuetudine agens hoc expreſſo, ſi non probat conſuetudinem, probat tamen ſtatutum, an obtinere debeat, & econuerſo, cum ex ſtatuto agens ipſam conſuetudinem probat.ibi.nu.54.uer.ſed circa hoc.
conſuetudinis effectus quis ſit.in 1.uolu.de conſue.c.cum tanto.uer. circa ſeptimum.nu.55. 66
conſuetudine loci ubi contraxit, vel deliquit.an extraneus ligetur. in 1.uol.de conſue.c.cum tanto.uer cir.octauum nu.58. 66
conſuetudo an lex ſequenda ſit, ſi in aliquo non determinato lege, neque conſuetudine ſimile legis & ſimilis conſuetudinis inueniatur.in 1 uol.de conſue.c.cum tanto.uer.quærunt legiſtę.nu. 60. 66
conſuetudo non valet, per quam collegium ad alterius uoluntatem ubi prælatum eligere debet.in primo uol de elect.c.cum terra.uer. cū terra.nu.1. 81
Conſuetudo non valet, per quam eligendi libertas reſeruata electione in totum tollitur, & in hoc plus poteſt princeps, quod ipſa conſuetudo.in 1.uol.de elec.c.cum terra.uer.ſed bene valet.nu.4. uer.
conſuetudinis uerbum ſimpliciter prolatum de præſcripta intelligitur, in 1.uol.de elec.c.cum an.uer præſcripta.nu.6. 123
Conſuetudo ubi ſit iuri contraria, vel ipſis eccleſiis onoroſa extendenda non eſt.in 1.uol.de offi.arc.c.dilecto.ver.no.hic.nu.29. 192
Conſuetudo ſi eſſet, quod poſterior priori, uel minor maiori præferatur, niſi dignitatis, uel officii ratione accidere irrationabilis eſt. in j.uol.de ma.& obe.c.cum certum.uer.dicit tamen Hoſt.nu.5 204
conſuetudo generalis ſi eſſet, quod commorantes Pariſius cogerentur in quilibus, & in quilibet rē.ſere, ad clericos tamen ſcholares non extenderetur.in 2.volu de foro competen. c. quod clericis. uer. unde & ſi conſuetudo.nu. 4. 62
Conſuetudo an valet, quod neceſſario ad probationem teſtes tres requirātur.in 2 uol.de proba.c.ſicut.uer.Hoſt.nu.4. 3
Conſuetudo eſt in Anglia, quod poſt.xl.dies excommunicatus per curiam regiam ad iudicis excommunicantis requiſitionem capiatur, & teneatur, donec ſatisfecerit, uel ſatiſdet iudici de parendo, etiam ſi ad curiam appellauerit.in 2.uol.de appel.c.cum teneamur. nu. 2. uer.unde dicit Hoſt. 155
Conſuetudine Anglicana qua forma ad ſedem apoſtolicam appelletur in 2.uol.de appel.c.cum teneamur.nu.3. 82
conſuetudo loci ſi habuerit, quod coniugati etiam non beneficiati habitum, & tonſuram deferant, numquid illius conſuetudinis prætextu aliquis ad id compelli poſsit.in 3.uolu.de cle.conn.c. Ioannes. uer. tertio quęro.nu.18. 14
conſuetudo an aliquo temporis vſu firmari poſsit, quod non valeat factum a maiori parte capituli, niſi totum capitulum conſentiret.in 3.uol.de his, quę ſi a ma.par.capi.c.cū in cunctis.uer.quærebat.n.6. 66
conſuetudini recurri debet, & ſtandū eſt, quū aliquid eſt obſcurū, vel id quod quęritur ius eſt aduerſum.in 3.uol. de ſep. c. certificari.nu.5. 127
Conſuetudine quicquid dicitur in c.certificari de ſep.an retineatur ſolum ad alteram de quotis expreſsis, an uero etiam procedat in maioribus quotis, puta, quod tres partes habeat parochialis eccleſia, uel minores.in 3 uol.de ſep.c.certificari.nu.5.uer.4.quęro. 127
Conſuetudo an ualeat, quod pro ſepultura nihil detur.in 3. uol .de ſep. c.certificari.nu.5.uer.v.quæro. 129
¶ Contractibus in innominatis, qui vtriuſque gratia contrahunt, pęnitere non licet, etiam ſi non ſit præiudicium & etiam re integra.in j.uo. de ele.c.noſti.uer quęrit etiam.nu.7. 79.
Contractum an teſtibus probare ſufficiat, & quomodo.in v. uo. de priuile.c.cum olim.uer.in contractibus.nu.11. 163
Contrahentium neuter pœnam mutuam promiſſam exigere poteſt cū

vterque

vterque contra contractum veniat,in v.volumi.de pœn.c.conſtitutus.nu.1. 141

¶Contrariorum non eſt eadem diſciplina, quia poteſt prodeſſe, qui obeſſe non poteſt.in primo volumine.de offi.delega.c.ſtuduiſti. numero 3. 139

¶Contraria quomodo ſoluantur, in proœmio primi voluminis. numero.14. 6

¶Contumacia ſi eccleſia,vel prælatus particeps fuerit, ipſe prælatus cõdemnatur,& etiam fit executio contra ipſum.in ii.vol.vt li.non conteſt.c.ad hoc.ver.q ſi eccleſia.nu.9. 37

¶Contumacem contra ad excõmunicationem non proceditur, quando alia remedia extant.in ſecundo volu.vt li.non conteſta.c. tuæ.numero 3. 48

contumax condẽnatur in expenſis factis a tẽpore citationis emiſſę.in ii. vol.de do.& contu.c.cum dilecti.nu.1. 94

contumax in expenſis condemnatur,& q nihil refert,an citatus non veniat,vel minus ſufficienter.in ii.vol.de appel.c.Nicolao.ver.q contumax.nu.3. 185

contumax ſi ſemel aliquis fuerit,nec inueniatur factũ notoriũ, ſed purgationi locus ſit,nunquid iterum ad purgationẽ citabitur, in iii. vol. de coha.cle c.veſtra.nu.19. 10

¶Conditori canonum, & vicario creatoris omnis creatura ſubiecta eſt. in j.vol.de conſti.c.canonum ſtatuta.nu.16. 11

conuentionis cauſa finita ſi impetraui, nunquid contra meũ reſcriptũ excipi poterit,q conditione pendente impetrauerim ſi nunc vtar illo.in j.vol.de reſcri.c.paſtoralis.nu.21. 18

conueniar ſi ſuper maleficio,vel contractu,& confitear, ſed iudicẽ declino,dicens,me in alia diœceſi deliquiſſe,vel cõtraxiſſe, quis iudex cognoſcere debeat.in primo volumine.de reſcriptis. c. ſuper literis. numero 40. 33

conueniri non poteſt quis ſuper eodẽ maleficio coram diuerſis iudicibus.ibid.nu.42.

conueniri in curia non poſſunt hi,qui pro cauſis aliis neceſſariis,ad curiã vocantur,& etiam multi alij,qui ius reuocandi domũ habent,licet conueniri poſſint in propria domo.in ii.vol.de fo.compe.c.licet. ver.item no.nu.13. 19

conuentus ſuper iniuria clerici ſuper adulterio appellare poteſt, niſi notorius fuerit.in ſecundo volumine. de appellationib. c. peruenit. numero 1. 254

¶Copulæ carnalis adminicula dicũtur, viſus,tactus,riſus,iocus,nunciorum miſſio,& iacoalium,cohabitatio,amplexus oſculum,& ſimilia. in ii.vol.de teſti.c.præterea.nu.4. 139

copula carnalis per violentam præſumptionẽ probatur.in ii.vol.de præſump.c.literis.nu.1. 180

¶Corona clerici inuenta fuit a Nazareis,qui ſeruato crine caput radebant ad continentiã probandam, & capillos in ignem ſacrificii ponebant, vel originem habuit a Petro in memoriam dominicæ paſſionis,& in ſignum ſpineæ coronæ.in tertio vol.de vi.& hone.c.clerici.2.nu.15. 6

¶Credere implicite quid ſit,& quid explicite.in j.vol.de ſum.Tri.in rubri.nu.24. 8

¶Creditor ſi impetrauerit a principe pignoris dominiũ, ſi poſtea vſuras receperit, iuri dominii renunciauit.in j.vol.de conſti.c.cum acceſſiſſent.ver.in gl.pe.nu.12. 15

creditor auctoritate ſua pignus occupans a credito cadit.in ii.vol.de iureiu.c.ad noſtram.nu.6. 187

creditor ſi manumiſerit ancillam pignoratam, cui creditori ſatisfactũ fuerit, libera eſt,nec licebit debitori dicere,q in creditoris fraudem manumiſſerit.in iii.volu.de donatio.c.inter dilectos.ver. in v.glo.numero 8. 101

creditor ſi de fructibus pignoris ſortem receperit, deductis expenſis pignus debitori reſtituere tenetur.in quinto vol.de vſu.cap.plures. numero 1. 92

¶Crimine alicuius per denunciationem probato prælatus non priuabit,vel ſuſpendet cum officio,vel beneficio, ſed ſolum coget pœnitere,niſi in caſibus de homicid.& inquiſitionis. in ſecundo volumine de iureiurando.cap quemadmodum. verſicu. quod probato. numero 10. 144

crimen vbi notoriũ fuerit,de facili quis grauari non põt,niſi iudex modum exceſſerit.in ii.vol.de ap.c.conſuluit.1.nu.1. 254

crimen ſi per inquiſitionẽ probatũ,& poſt pœnitentiã, ordinis executionẽ impediat,vel beneficii retentionẽ,punitur delinquens ſicut in accuſationis iudicio,alias pœna arbitraria erit.itẽ contra non infamatũ ſuper criminũ veritate inquiri non debet, etiã ſi libellus infamatorius in occulto porrigatur.Nec ſuper principaliter creditur teſti,qui iuratus deponit,ſe illius,contra quẽ inquiritur, inimicũ. Nec punitur quis de crĩe,de quo non conſtat,niſi per famã, & ipſorũ teſtiũ credulitatem indicitur tamen illi purgatio,nec etiam paucorum dicta infamant.in v.vol.de ac.c.inquiſitionis.nu.1. 22

criſoſus toleratus cur a iudicio nõ repellatur,ſed a teſtimonio.in v.vol. de cle.excom.mi.c.ſi celebrat.ver.quærebat.nu.4. 88

criminoſi non a iure poſitiuo, ſed a Deo priuati ſunt ſacramentis, & qua forma abſolutionis debeant abſolui,& quomodo cum eis & per quos diſpenſari poſſit,& alia multa de iſta materia.ver.ego te abſoluo.& uer.ſecundum Pet.ibid.nu.5.

criſmare ſi Papa epiſcopum prohibeat, poſtea criſmando characterem non confert, in primo volumine.de conſuetudine. cap. quanto. numero 10. 56

criſmate,vel eccleſiarum inueſtitura nihil exigi debet, de conſuetudo, uel nominis uariatio non excuſat.in v.uol.de ſimo.c.in tantum. numero 33. 33

Chriſti ad corpus fugiens,quod defert ſacerdos, nunquid immunitate gaudeat.in iii.uol.de cele.miſ.c.ſane.nu.4. 223

culpa lata leuis,& culpa leuiſſima quæ dicantur.in iii.volu. de cõmo.c. cum gratiam.nu.2.cum ſeq. 75

culpa eſſe poteſt in negligendo,in abutendo,& delinquendo.in iii.vol. de depo.bona fides.uer.culpa.nu.2. 78

¶Curia de conſuetudine admitto filium fratris,& ſororis, fratrem patris,& matris conſobrinum,& conſobrini filium, & omnes conſanguineos vſque ad tertium gradum incluſiue, vbi etiam quid de ipſis affinibus.& quis de his ſuccedat.in primo vol.de reſcrip.c.nonnulli. numero 47. 40

curia Romana ſcit,& tolerat,q regularibus aliquid pro veſtimentis taxetur,vel etiam ad id certæ poſſeſſiones dentur.in iii.uol.de ſta. mo. c.cum ad monaſterium.nu.23. 179

curia Romana priuilegij ſtudia hodie habet.in proœmio.ver.in glo.iij. numero 45. 5

curia ſi vltra montes exiſteret,quod priuilegiũ haberet.in j.vol. de ele. c.nihil.ver.ſed quid.nu.27. 110

D

Data quo caſu in libello ponenda.in j.uol.de in inte reſt. c.tum ex literis.nu.13. 299

¶Data in ſententia ſicut in reſcriptis ponenda eſt. ibid. numero 13.

¶Debitor ſi nulla culpa reperiatur,ſufficit, q in eodẽ genere pecuniam reddat,& etiam in eodẽ pondere,& in eodẽ valore quoad pondus,licet quoad curſum diminuta fuerit.in ii.vol.de iureiu.c.quanto.ver.q ſi nulla.nu.8. 190

debitori pignus reſtitui debet,ſi creditor,vel is,qui ab eo cauſã habeat, ex fructus ex pignore receperint,q ipſi ſorti ſatisfactũ ſit. in iii.uol. de pig.c.cum contra.nu.1. 90

debitor cõpellitur ſeruare fideiuſſorẽ ſuũ indemnem per aſſignationem prouentuum ſuorum beneficiorum.in iii.vol.de fideiuſſo.c.peruenit.nu.1. 92

debitor clericus compellitur a fideiuſſore per diſtrictionem eccleſiaſticam fideiuſſorem abſoluere.in tertio uol.de fideiuſſo. c. conſtitutus.nu.1. 93

debitor,qui ſoluendo non eſt,excõicatur,quia non ſoluit,& abſoluitur cum cautione de ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit. in iii.vol.de ſolu.c.Odoardus.nu.1. 96

¶Decanũ contra ſi factũ fuiſſet,& ita iudex pronunciaſſet,quia canonici re indignũ elegerunt ſcienter,caſſamus electionẽ de te factã, an præiudicet eligentibus quo ad pœnam concilij.c.cum in cunctis. de ele.in j.vol.c.cũ Vintonienſis. nu. 19. 56

decanus monaſterio ſancti Petri ſi aliquã iuriſdictionem acquiſierit ex priuilegio,uel conſuetudine iã præſcriptam, poſtea ceſſet ipſã exercere tanto tẽpore,q archidiaconus in omnibus aliis monaſteriis hanc iuriſdictionẽ de conſuetudine acquiſiuit,an per conſequens ipſam in monaſterio ſancti Petri exercebit.in j.uol.de of. archid.c.dilecto. numero 35. 193

decani omnes in Francia in capitulũ & electũ iuriſdictionẽ habent. in ii.uol.de ap.c.dilectis.ver.dicit Hoſt.nu.23. 276

¶Decimis,redditibus,& ſuper aliis rebus petens in eccleſia petere poſſet,uel ius parochiale,uel partem ipſius iuris.in j.vol.de reſcri.c. Rodulphus.nu.3. 47

decimã eccleſia habere debet in cuius parochia piſcatio eſt,niſi cõſuetudo habuerit,q parochiæ perſonarum ſoluatur.in ii.uol.de fer.c. licet.nu.6. 53

decimas præſcribit vna eccleſia in alterius parochia.xl.an. ſpacio. in ii. uol.de præſcri.c.ad aures,nu.1. 217

decimas laicus non præſcribit.in ſecundo uolu. de præſcrip. c.cauſam. nume.1. 217

decimas perſonales non ſoluunt de laboribus eccleſiæ eccleſia ſita infra limites alterius baptiſmalis.in tertio volumi.de decimis. c. nouum. nume.1. 135

decimas an ipſi epiſcopi de prædialibus dabunt. verſic. ſed nunquid. nume.1.

decimæ ſummo Pontifici an ſint a clericis perſoluendę. ibidem. numero.2.

decima perſonalis de mercenariis Ciſtercien.& multorũ aliorũ a morãtibus in alienis parochiis,& de textura,vel alia manuũ opera multa lucrantibus, an detur.ibid.nu.3.

decimæ an dentur de præbendis,ſeu de præbendarum fructibus. ibid. numero 5.

Decimarum aliqua compoſitio per ſequens priuilegium non tollitur, de ipſa non faciens mentionem.in 3.volum.de deci.c.ex multiplici. nume 1. 136
decimæ prædiales de prædiis nouiter cultis monachi ſoluere tenentur, de quibus tamen prius decimę ſoluebantur.in 3.vol. de deci.c.commiſſum.nu.1. 136
decimarum conſuetudo an ſit ſeruandá, qua vna eccleſia percipit totá decimam unis alia autem totam decimam blaci.ibid.nu 3.
decimam æſtimationis dominus non dabit, ſi gratis ipſa paſcua concedat, cum nihil percipiat, herba tamen paſta cum onere ſuo in dominum beſtiarum tranſit, vnde ipſam decimam ſoluet.ibid.nu.3.ver. dicit autem.
decimarum ad æſtimationem eccleſiæ tenentur, cui inde decimæ debebantur, ſi quis comburat, vel deuaſtet ſegetes, vel etiam arbores cedat.ibid.nu.5.
decimarum ad ſolutionem tenetur ſecundum æſtimationem eius, quod conſideratis aliis annis percipere eccleſia ſolebat, deuaſtator ſegetũ nec excuſatur per caſum grandinis, vel ſimilem inde ſecutum, cum à principio in dolo fuerit.ibid.nu.5. ver.ſatis puto.
decimarum æſtimatio quomodo fiat, ſi grandine, vel alia peſte fructus perierint.ibid.nu.5. ver.ſed quomodo.
decimæ de omnib.reb. de quib. ſoluantur in quadam ſumma poſſę,in 3.vol.de deci.c.peruenit.nu.3. 133
decima fructuum ſtatim cum collecti ſunt, ſolui debet, non deductis expenſis.in 3. vol.de deci.c.cum homines.nu.1. 137
decima eſt iure debita, vt ſecundum iura reſtitui, non dari debeat.ibi.nu. 3.ver.decima autem. 136
decimas ſoluere debent priuilegiati ſuper decimis non ſoluẽdis de prædiis, quæ ab aliis conducunt.in 3.volum. de deci.c. dilecti.col.4.numero 1. 137
decimis ſuper non ſoluendis priuilegium conceſſum reuocatur, ſi nociuum eſſe incipiat.in 3.vol.de deci.c.ſuggeſtum.num.1. 137
decimas laborum non ſoluunt Ciſtercienſes, templarii, & hoſpitalarii, alii autem religioſi non ſoluunt decimam de ortis, nutrimentis animalium, vel nouali.quæ ſuis manib.vel ſumptib.excolunt.in 3.volu. de deci.c.ex parte.num.3. 137
decimis laborum priuilegiati decimas ſoluunt de terris, quas aliis excolendas tradunt. in 3.vol.de deci.c.licet.nu.1. 137
decimarum laborum priuilegium noualia non comprehendit.in 3.vo. de deci.c.ad audientiam.nu.1. 137
decimæ noualium eccleſiæ debentur, in cuius parochia inſurgunt.in 3. vol.de deci.c.quoniam.nu.1. 138
decima, quam miles tenebat infra limites alicuius parochiæ, quam ad exhortationem epiſcopi renunciauit in ipſius manibus, cui cõpetat, an ipſi epiſcopo, an ipſi eccleſiæ parochiali.in 3.vol.de deci.c.a quoniam.num.3.ver.quid ſi miles. 138
decima laico iure hereditario tenenda concedi non poteſt, in 3.vol.de decim.c.ad hæc.num.1. 138
decimas prædiales iudæi ſoluere coguntur, aut prædia illa dimittere.in 3.volu.de deci.c.de terris.num.1. 138
decimas vel oblationes ſi prælatus laicis conceſſerit, punitur.in 3.volu. de deci.c.quamuis.nu.1. 138
decimam an colonus eccleſię ſoluat, in cuius parochia prædium ſitum eſt, an illi, in qua percipit, & audit diuina, pro conſuetudini ſtatur.in 3.vol.de deci.c.cum ſint homines.nume.1. 139
decima decimabitur bis colonus, ſi de aceruo non decimato donet alicui.x.frumenti corbes.ibid.nu.4.ver.vnde decelat.
decimæ perſonales eccleſiæ parochiali debentur, prædiales eccleſiæ, in cuius parochia prędium ſitum fuerit, niſi aliud conſuetudo habuerit.in 3.vol.de deci.c.ad apoſtolicę.nu.1. 139
decimæ de omni prædii fructu ſunt ſoluendæ.in 3.vol.de deci.c.ex parte.nu.1. 140
decima, is, cui debetur, poteſt petere interdici tantum fundi, ne fructus colligat, vel exportet, niſi eo, vel eius nuncio præſente.ibid.nume.1.
decimam non tantum non ſoluere mortale eſt, ſed de ipſa etiam aliqd diminuere.ibid.nu.1.
decimæ ſoluendæ ſunt non deductis expenſis.in 3.vo.de deci.c.non eſt. nume.1. 140
decima, ſi quiſpiam capiat piſces in mari, vel aqua fluuiali, & apportet in ſtagno, in quos ipſos nutrit, an ſit ſoluenda eccleſiæ, in cuius parochia ipſum ſtagnum ſitum ſit.ibid.nu. 2.ver. Item videtur.
decima non ſolum de.x.ſed de mille danda eſt, ſi arborem de ſilua excîſam non valentem ibi.x.libras quis ad portum ducat, vbi mille valeat.ibid.nu.3.
decimę ſunt ſoluendæ de fructib.molendinorum ad uentum, in 3.vol. de deci.c.ex tranſmiſſa nu.1. 140
decima an ſoluenda ſit de illicitè acquiſitis.ibid.nu.3.
decimarum ad penſionem tenentur locator, & conductor, niſi ſe immunes oſtenderint.in 3.vol.de deci.c.a nobis.nu.1. 141
decimę cuius efficacię eſſent tempora tria attendenda ſunt. ibidem numero 3.
decimæ in ſacra ſcriptura quatuor modis conſiderantur. ibidem numero 5.
decimam qui integraliter non ſoluit, mortaliter peccat.ibid.nu.8.
decimam ſi homines non ſoluant in illis regionib.vbi de more nõ ſoluitur, non peccant.ibid.nu.8.ver.& per hoc.
decimarum queſtionibus nunquam laici ſe implicare debent, nec iudicare, nec diſputare.ibid.num.9.
decimas in genere, vel in ſpecie imperator remittere non poteſt.in 3. vol.de deci.c.tua.nu.1. 142
decimá debent ſoluere dominus & colonus ſine ſeminis, vel ſumptuũ deductione, & non cui voluerint eccleſię vel pauperibus, ſed parochiali, cui debetur, nec ad hoc propter clericorum malitiam excuſantur.in 3.vol.de deci.c.tua nobis.nu.1. 143
decimarum priuilegium ſuper laboribus, ipſa etiam noualia comprehẽdit.in 3.vol.de deci.c.ex parte.num.1. 144
decimam ſoluit negociator de lucro deductis expenſis, quas fecit de pecunia decimata, expenſas tamen, quas fecit pro habendis fructibus non deducit, de fructibus autem rerum decimas ſoluit non deductis expenſis factis pro fructib.habendis, ſeu pro re reſtituenda. in 3.vol. de deci.c.paſtoralis.nu.1. 143
decimas cum onere ſoluendi pręteriti temporis non ſolutas, an prędia alienata tranſeant in emptorem.ibid.nu.6.
decima an detur, ſi quis mercem pro centum emit, & de medietate mercis vendita illa centum habeat.ibid.nu.15.ver.quid ſi quis emit.
decimas in aliena parochia qui præſcripſit, ſi ibi noualia inſurgant, ipſorum decimas non habebit.in 3.vol. de deci.c. cum contingat.numero 1. 144
decima omnium fructuum prædii debetur illi, qui ſibi illud decimale prędium præſcripſit, alterius autem prędii, quod non præſcripſit, decimam non habebit, in 3.vol.de deci.c.cum in tua.nu.1. 145
decimę in ſua cui eccleſiæ debeantur ex fundo ſemproniano, in quo xl. annis altera eccleſia perceperat decimas, & de frumento tantũ, quia nec aliud fuerat ſeminatum, & nouiter ſeminatum ſit milium, & eccleſia parochialis dicat, mihi debentur hæ decimæ milii, quia de eo nunquam decimas percepiſti, vbi etiam pulcher caſus de prædio vitium.ibid.nu.4.
decimas vel eccleſias laici donare non poſſunt, nec ex ipſorum donatione licet in forma communi per papam confirmata pręſcribendi titulus paratur.in 3.vol.de deci.c.dudum.nu.1. 145
dęcimę vt ſine contradictione perſoluantur, domini prediorum cogi poſſunt, vt prædia ſua colenda talib.exhibeant.in 3.vol. de deci.c.in aliquibus.num.5. 146
decimas non ſoluentes ſi doloſi ſint, an contra ipſos eccleſia agere poſſit.ibid.nu.1.ver.quærit Hoſt.
decimæ prius ſunt ſoluendę, quam cenſus & tributa, vel ſaltem ſi prius illa ſoluta ſint, poſtea decimentur.in 3.volu.de deci.c.a cum non ſit. nume.1. 146
decimæ ſi plené de fundi tributarii fructib.ſolutæ ſint, non tenetur dominus poſtea de tributo ſoluere.ibid.nu.4.ver.decimarum.
decimas ſoluere tenentur Ciſtercienſes, templarii, & hoſpitalarii de poſſeſſionum fructibus, quas poſt generale concilium acquiſiuerunt, ſi prius ex illis decimæ ſoluebantur. in tertio uol. de deci, c. ſuper. numero 1. 147
decimę loco Veneti in vita nihil ſoluunt ex conſuetudine, ſed morte omnia ipſorum mobilia decimantur, quod quandoque eſt eccleſię damnoſum, quandoque lucroſum.in 1.vol. de ſi. c.ad apoſtolicam. numero 5. 38
decimas epiſcopales ſi epiſcopus remiſerit monaſterio præſentes, & futuras remiſiſſe intelligitur, in quinto volu. de priuileg. c. quia circa. numero 1. 108
declarare quandoq; aliquis poteſt qui non poteſt iudicare, in prooe.primi volu.nu.34.
¶ Decretales epiſtolę vim conſtitutionum habent, in proœ. primi vol, numero 23. 5
decretales antiquas in corpore non inſertas qui allegaret. falſo tenere nur.ibid.nu.34.
decretalis partem reſecatam qualiter inducere poſſimus. ibidem nu. mero 39.
decretalis firmiter per multos theologos commentata fuit.in 1. vol.de ſum.Tri.c.firmiter,ver.ſcias.nu. 1. 7
decretalis aliqua ſi in aliquo decretalium uolumine ſcripta ſit, non habebitur pro decretali, niſi cõſtet in aliis habeatur.in 1.uol.de ſi.aplit. c.paſtoralis.uer.9. 174
¶ Decretum per mendaciũ interpoſitum non tenet.in 1.uol.de reſcrip. c.ſuper literis.uer.tertio ſic.nu.10. 34
decretum primum & ſecundum quomodo fiat.in 2. uol. de eo qui mittitur in poſſ.&c.c.conſtitutus.uer.iubeo.nu.9. 103
¶ Defenſio legitima non eſt alicui deneganda, quidquid de facto ſiat, in primo volumi.de electio.capit.bonæ memorię.nume.7.ver.dicit tamen. 98
defenſiones nouæ, de quibus capitulum beneficio.de in integrum reſtitu.loquitur, quæ ſint.in primo volumi. de in integ.reſt.c.a beneficio. nu.21. 106

¶ Defenſ.

Index:

¶Deflorei ſi quiſpiam illam,cui fidem dederat,& ei poſtea vt vxori adhęreat,an bigamus,vel fornicarius cenſeatur.in iii.vol.de cle.conn. c.iane.ver.quid ſi quis.nu.3. 12

¶Degradatio poſt incorrigibilitatem an neceſſario ſequatur. in ii. vol. de iud.c.cum non ab homine.nu.11. 8

¶Degradatus,vel ſuſpenſus ſi monitus non deſiſtat, excommunicatur, & ſi nec ſic deſiſtat,ad eccleſię requiſitionem per ſecularem principem capiatur.in v.vol.de cleri. excom. miniſtran. c.ſi quis presbyter. numero 1. 85

¶Delegatio dignitati facta,non expreſſo perſonę nomine,ad ſucceſſorem tranſit.in j vol.de of.dele.c.quoniam Abbas.nu.1. 205

delegationes,& ſubdelegationes probantur per ſola delegatorum ſigilla.in ii.vol.de prob.c.quoniam contra.nu.22. 122

delegatio an valebit,ſi cauſa mere ciuilis inter laicos ratione temporalis iuriſdictionis temporaliter,vel per appellationem ad papam deferatur,qui delegat eam laico,vel clerico non conſtituto in dignitate perſonatu,vel canonicatu cathedralis eccleſię.in ii.vol.de app.c. ſua nobis.ver.quid dices.nu.4. 285

¶Delegatus ſi vltra duas dietas abeſſe cœperit,non tamen in breui reuerſurus,reus volens litem proſequi,a ſuperiore obtinere poterit,vt huius delegationem reuocet,& idem actor facere poterit,ſi non conſenſerit in eum ſic elongatum.in primo.vol. de reſcrip. c. nonnulli. nu.19. 59

delegatus principis,qui iuriſdictione ſua abutitur, vel non vult ius reddere coram ſuo ordinario,an ſuper hoc conueniri poſſit, & per illū puniri.in j.vol.de reſcrip.c.quia nonnulli.nu.40. 54

delegatus an ſecundum loci conſuetudinem procedit.in j.vol.de cōſue. in rub.nu.12. 55

delegatus ſi a parte impetretur,quid iuris.in j.vol.de ele.c.cum in veteri.ver.quid iuris.nu.4. 124

delegatorum tractatus quare legatorum tractatui præmittatur.in j.vol. de of.dele.in rub.nu.3. 198

delegatus qui ſit.ibid.nu.4

delegatus Papæ non ſolum in partes poteſtatem recipit, ſed etiam in alios,qui ſuam iuriſdictionem impediunt.in j.vol.de offi.dele.c.quia quęſitum.nu 1. 199

delegatus Papæ,& ſubdelegatus omnes etiam extraneos ipſius iuriſdictionem turbantes ex communicare poteſt, & etiam pœna pecuniaria mulctare,ſi alias iuriſdictionem ſuam defendere non poſſit. ibid.nu.11.

delegatus Papæ impeditus cauſam ſubdelegare poteſt, quæ ſine ipſo poteſt commode terminari.in primo volumi.de offi.delega.c ſi pro. numero 1. 200

delegatus vbi conſilium retinet, ſubdelegati ſententia non tenet. ibid. nu.5.

delegatus ſi mandet ſententiam ferendam ſecundum ꝙ talis iuris peritus dictauerit,quid iuris.ibid.nu.9.

delegatus nunquid per temporis breuitatem die feriato procedere poſſit.in j vol.de of.dele.c.de cauſis.nu.10. 201

delegatus,qui j.terminum ſibi ſtatutum ſententiam tulit,an elapſo termino illam exequi poſſit.ibid.nu.19.

delegatus neceſſarius in teſtem a iudicando remouetur, & alius ſubrogatur.in ii.vol.de teſti.c.ex tenore.nu.7. 144

delegatus per ſimplicem cauſæ commiſſionem cōtumacem citare poteſt,punire,& reliqua facere,quę ad ipſam cauſam ſpectent. in j.volu.de of.deleg.c.præterea.nu.1. 202

delegatus Papæ ſuam ſententiam exequitur, quam exequi non poteſt, aut non vult is,cui etiam exequendam commiſerat. in j. volu. de of. deleg.c.ſignificaſti.nu.1. 202

delegatus Papæ nunquid ex eadem auctoritate brachium ſeculare inuocare poſſit.ibid.nu.2.

delegatus an de illis caſibus cognoſcet, qui ad iudicem eccleſiaſticum pertineant,ſicut de dote & ſimilibus, ver. quid de ſecularibus. ibid. numero.7.

delegatus compoſitionem coram ſe factam,ſi ſit licita,executioni mandare poteſt,ſicut diffinitiuam,&c.in j.vol.de offi.delega. c. ſi quando.nu.10. 203

delegatus etiam ad diem datus non reſtituet actorem in poſſeſſionem & deiectionem probare volentem reo abſente,& non per contumaciam. in primo volumine. de officio delega. c. ad conſultationem. numero 1. 203

delegatus Papę nunquid in cauſa ſibi commiſſa ſuper ordinarium, & quemcunque maiorem iuriſdictionem habeat.in j.vol.de of. deleg. c.iane.nu.1. 204

delegatus iuris formam ſeruare debet, & rationabiles exceptiones admittere,vbi contraria Papę voluntas non appareat,in j.vol.de of. dele.c.ex parte tua.nu. 1. 205

delegatus ſi ad eccleſię ordinationem procedat,& ipſe ordinarius non appellet,quid iuris. in primo volumine.de offi. delega.c. ſuper eo. numero 14 207

delegatis duobus ſi cauſa ſimpliciter delegata ſit,vnius ſententia non tenet.in j.vol.de of.dele.c.cauſam.nu.1. 208

delegatis duobus ſi cauſa commiſſa fuerit,& alter non ſit in rerum natura, ſi committatur, ſcilicet epiſcopo & primicerio Bononienſi, cum eccleſia Bononiēſis primicerium non habeat, quid iuris. nu. 5.

delegatus,qui eſt impetrantis dominus,recuſari poteſt.in j.uol.de of.dele.c.cauſam quæ.nu.1. 208

delegatus Papę ſi committat cauſam non in totum, de ſubdelegato appellabitur ad eum,non autem ad Papam.in j.uol. de of. dele.c. cum te.nu.1. 208

delegati plures ſi fuerint, poſſunt etiam ſubdelegare pluribus, quam etiam ipſi ſint.ibid.nu.2. 208

delegatus ſi ante delegantis mortem citauerit,eius iuriſdictio perpetuata eſt.in j.vol.de of.dele.c.gratum.nu.1. 209

delegatis duobus ſi ſcribatur cum clauſula,vos,vel alter, an vnus altero irrequiſito procedere poſſit.in primo vol.de of.dele.c.prudentiā. numero 10. 210

delegati unius tantum proceſſu an iuriſdictio perpetuata ſit.ver. quęrebat etiam.ibid.nu.10.

delegatis tribus ſi cauſa committatur cum clauſula, ꝙ ſi non omnes priuſquam de impotentia,vel tertii voluntate appareat, duo procedere non poſſunt,& ſi procedant,nihil agunt.Idem in duobus datis cum clauſula,ꝙ ſi ambo.item ſi reus coram delegato citatus actori excommunicationem obiicit,quam infra debitum tempus non probat,audietur actor, ſi vero probet, delegatus abſoluat actorem, ſi excommunicatus ſit propter cauſam ſibi commiſſam. Si autem propter aliam,nec eſt de caſibus reſeruatis Papę,ad eum, ad quem ſpectat,illum remittet,qui ſi nō uelit abſoluere,ipſe delegatus abſoluet, & abſolutus ſuper eo,de quo excommunicatus erat, coram excommunicatore parebit.Qui ſi malitiam adhiberet, delegatus de cauſa cognoſcet.ibid.nu.1.

delegatus archiepiſcopi an poſſit abſoluere excommunicatos a ſacerdotib.proprię diœceſis ipſius archiepiſcopi.ibi.nu.33 ver.quid ergo.

